

## Doc.

*Concessione fatta da Ercole I d'Este, duca di Ferrara, a Giovanni Bentivoglio di Bologna su un canale da realizzare nei territori di Finale e di Bondeno*

ASMo, Confini dello stato, busta 63 -A  
Copia autentica del 1671

1487, aprile 3, in Ferrara

In Dei nomine amen. Noverint universis presentes inspecturis qualiter in libro registri instrumentorum signato sub numero 100 existente et conservato in Archivio publico et Camera Actorum civitatis Bononie, inter alia instrumenta in eodem libro registrata et maxime sub folio 194 verso adest et reperitur registratum infrascriptum cessionis instrumentum tenoris sequentis, videlicet.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo, indictione quinta, die tertio mensis aprilis, Ferrarie, in palatio curie illustrissimi domini nostri ducis infrascripti, in camera magna sue residentie, que prospectum habet super viridarium, presentibus testibus vocatis et rogatis magnifico et insigne equite ac domino domino Nicolao de Curigio, magnifico comite Paulo Antonio Trotto ducali secretario, nobilesque viris Ludovico de Trottis potestate Finalis, et Nicolao de Carniolis factore super possessionibus prefati domini nostri ducis, qui testes asseruerunt cognoscere Cattelanum procuratorem infrascriptum.

Cum hoc sit quod superioribus mensibus magnificus et insignis et potens eques dominus Ioannes Bentivolus de Aragonia, vicecomes Armorum ductor etc., filius quondam magnifici viri domini Annibalis Bentivoli de Bononia, ob infrascriptas et alias rationabiles causas instantissime petierit ab illustrissimo principe et excellentissimo domino nostro domino Hercule, duce Ferrarie etc., concessionem, licentiam et facultatem fodiendi ac faciendi et seu fodi et fieri faciendi in et super territorio partim terre Finalis, partim terre Bondeni, infrascriptum conductum sive aqueductus aut decursorium, pro derivandis ac deducendis aquis valium, terrarum sive castrorum Sancti Ioannis in Persicetto ac Sancte Agathe et Crevalcorii comitatus Bononie, in quas valles labi consueverunt, ac presentibus temporibus labuntur et in eis demum remanent ac moriuntur aque nonnullorum fluminum deservientium ad macinandum molendinis terrarum predictarum, et etiam aque quorundam aliorum fluminum labentium intra dictas terras, et que quidem aque sic, ut supra, in predictas valles labentes, et in eis manentes ac morientes, ut supra, quia ulteriores exitus non habent, maximam iacturam et damnum preferunt predictis terris et castris et seu earum et eorum incolis et habitatoribus, nec non aliis quam plurimis personis et civibus ibidem possessiones et terras, sive ut vulgo dicitur terrena, habentibus et possidentibus: que possessiones, terre et seu terrena aquis predictis crescentibus ac cumcrescentibus inundantur et sommerguntur.

Cumque illustrissimus dominus noster dux prelibatus summopere cupiens prefato magnifico domino Ioanni amico et affini suo preclarissimo in hac parte satisfacere, ac eius et amicorum suorum beneficio, et comodo et utilitati consulere, ac pro viribus, et

secundum vires providere pronunciationem, et rem in hanc intelligendam, cognoscendam ac diligenter examinandam et discutiendam, demandaverit nobilibus viris Ludovico Trotto in presentiarum potestati suo terrę Finalis, ac Nicolao de Carni~~phi~~lis, factori suo <sup>le</sup> super possessionibus, ambobus peritis et expertis in similibus, ut scilicet ad loca ipsa se transferentes, et visis ac diligenter examinatis et consideratis ipsis locis omnibus, et eorum situ, conditione, et natura, et aliis omnibus hinc inde videndis, examinandis et considerandis, referre deberent p̄fato domino nostro duci, si petita per ipsum magnificum dominum Ioannem concedi et impartiri possint, sine evidenti periculo et detrimento p̄fati domini nostri ducis, et status sui, ac etiam subditorum suorum et p̄cipue dictarum terrarum suarum Finalis et Bondeni ac hominum et incolarum ipsarum.

Cumque dicti Ludovicus et Nicolaus mandatis excellentię suę parentes, sic ad loca ipsa se personaliter contulerint, et cum aliquibus etiam aliis viris peritis et expertibus ac in dictis locis interesse habentibus, non tantum semel sed pluries ac pluries loca ipsa examinauerint, ac undique et ex omni parte diligenter et mature considerauerint, ac insuper commodum et beneficium dicte terrę Finalis respexerint, in cuius etiam etiam evidentem utilitatem tendere videtur ipse conductus. Demum retulerunt p̄fato domino nostro duci per excellentiam suam rationabiliter posse concedi p̄fato magnifico domino Ioanni p̄dictam licentiam et facultatem fodiendi e faciendi et seu fodi et fieri faciendi in et super ipsis territoriis Finalis et Bondeni p̄dictum conductum sive decursorium, cum pactis, conditionibus, modis et conventionibus per ipsos initis, firmatis et conclusis cum nobili viro Cattelano de Salla, cive Bononię, et p̄fati magnifici domini Ioannis nuntio, et ad hoc specialiter procuratore; quorum quidem pactorum, conditionum, modorum et conventionum, tenorem et contionentiam, in forma capitulorum vulgari et materno sermone descriptorum exhibuerunt p̄fato domino nostro duci.

Cumque magnificus ipse dominus Ioannes supradictus similiter rem et continentiam ac tenorem ipsorum capitulorum intellexerit rellatis dicti Cattelani eius nuntii, ac demum ea omnia rata et grata habens, eundem Cattelanum solemniter constituerit suum nuntium et procuratorem ad infrascripta omnia peragenda ex instrumento publico <scripto et> rogato per comendabilem virum ser Melchionem Siverii de Zanittis, civem et notarium Bononię publicum sub decimonono mensis martii proxime decursi, a me Siverio infrascripto viso et lecto, ipsumque Catelanum nuper trasmiserit ad p̄fatum illum dominum nostrum ducem, ut omnino excellentia sua finiat, concludat, ac solemniter et autentico instrumento firmet et terminet ea omnia, quę circa p̄missa firmanda, concludenda et terminanda fuerint; et sic ob eam causam idem Catelanus nomine p̄dicto imp̄sentiarum se iterum exhibuerit et p̄sentaverit p̄fato ill.mo domino nostro duci nomine supradicti magnifici domini Ioannis instantissime petenti sibi concedi supradictam licentiam et facultatem cum pactis, conditionibus, modis et conventionibus p̄dictis et infrascriptis, statueritque excellentia sua, voto et precibus eiusdem magnifici domini Ioannis graciöse ac libenti animo satisfacere.

Idcirco ipse idem ill.mus princeps et excell.mus dominus noster dominus Hercules, dux Ferrarię, Mutinę et Regii, marchio Estensis, comeque Rodigii etc., filius quondam illustris recolendę memorię principis domini Nicolai olim marchionis Estensis etc., constitutus personaliter loco supradicto, attendens atque respiciens preces ac desiderium, nec non singulare beneficium et utilitatem supradicti magnifici domini Ioannis et aliorum quorum interest, tam subditorum magnificę Communitatis Bononię quam etiam ipsius domini nostri ducis, inherendo etiam relationi suprascriptorum Ludovici et Nicolai, sponte, pure, et ex certa scientia per se et suos hęredes et successores, dedit, contulit et concessit p̄dicto nobili viro Catellano de Salla, filio quondam ser Alberti, civi Bononię

de capella sanctorum Cervasii et Prothasii, nuncio et procuratori antedicto, ibidem presentem, petenti, stipulanti et recipienti nomine et vice predicti magnifici domini Ioannis Bentivoli et heredum ac successorum eius, plenam, liberam, amplam et omnimodam licentiam et facultatem fodiendi et faciendi, et seu fodi et fieri faciendi, iam dictum conductum, sive aqueductum, aut decursorium in et super territoriis castrorum Finalis et Bondeni, et in locis per dicta capitula specificatis, qui sit, ac fieri et debeat eius longitudinis, latitudinis et profunditatis sive altitudinis, de quibus in ipsis capitulis uberime fit mentio, ad usum derivandi et deducendi aquas supradictarum valium, et ex ipsis valibus in flumen sive canale aut navigium Panarii, prout in dictis capitulis latius continetur, et cum pactis, condicionibus, modis et conventionibus in dictis capitulis expressis et declaratis, et ipsis omnibus semper salvis.

E converso autem idem Catelanus, nuntius et procurator antedictus, solemniter convenit atque promisit prefato domino nostro duci presenti et stipulanti pro se et suis heredibus atque successoribus, ac modo iamdicto, et infrascripto Siverio notario et publica persona stipulante et recipiente nomine et vice omnium singulorum quorum interest, intererit aut interesse posset quod ipse magnificus dominus Ioannes faciet, et seu fieri et fodi faciet ipsum conductum suis propriis expensis, cum aliis omnibus per eum faciendis suis debitis locis et temporibus, et cum pactis, modis, condicionibus et conventionibus in ipsis capitulis anotatis et descriptis, et ipsis semper salvis; et quorum quidem capitulorum tenor hic materno et vulgari sermone subsequitur, videlicet:

Patti et convencioni facte fra lo ill.mo et excell.mo ducca di Ferrara ex una, et lo mag.co et potente ms. Ioanni Bentivolii ex alia, sopra lo conducto adimandato per lo prefato ms. Ioanni al predetto signore duca per lo scolare delle acque delle valle de Sancto Ioanne, S. Agata et di Crevalcore in Bolognese per lo territorio del Finale et del Bondeno di sua Signoria, videlicet:

In prima, che el prefato ms. Zoanne sia tenuto et obligato, et per lui così permette lo suo procuratore Catelano da Sala da Bologna di far fare lo dicto conducto perfetto, et compiuto da uno capo fino all'altro, cominciando dal canale di Panaro in loco dicto S. Biancha fino a l'orlo d'esse valle a spexa tutto de opere, manufactura et de ogni altra spexa li accaderanno del predetto ms. Zoanne per lo dicto conducto, et circa, et sopra esso conducto senza veruna spexa in opera alcuna del prefato signor duca, nè de suoi subditi, il quale conducto sia et s'intenda nomine deputato al servizio et uso di scolare l'acque delle valle sopra dette.

2.<sup>do</sup> Item che el predetto ms. Ioanne sia tenuto et obligato, et così per lui promette epso suo procuratore ut supra, che el detto ms. Ioanni farà fare lo detto conducto per quello luogo longo et con quelli arzeni, scaffe, et sia restare dal canto dentro, et cavo per quello modo, et di quella altezza et larghezza parerà et piacerà a quelli che saranno mandati sopra ciò per lo prefato signor duca; ma finito sarà epso conduto et argeni questa prima volta, come di sopra, el predetto mag.co ms. Zoanne non sia obligato più a mantenerli, nè ripararli altramente.

3.<sup>o</sup> Item che sopra dicto conducto mai non se li possi fare, così per lo prefato signor duca, come per alcun'altro alcuno edificio, nè chiusa alcuna, et così il predetto ms. Ioanni sia tenuto et obligato di fare et curare con effetto, et così promette dicto procuratore ut supra, che per lo advenire, per quanto se extenderà sopra la iurisdictione de Bolognesi, non serrà mai fatto per alcuna persona, nè per alcun modo, nè per la Comunità di Bologna, nè di S. Ioanni, nè per altri in genere, nè in particolare sopra dicto conducto, edificio nè chiusa alcuna che habia ad impedire l'acqua del dicto conducto, excepto che uno ponte

levadore di preda et di legname, il quale habi a far fare lo predetto ms. Zoanne a tutte sue spexe, et della qualitate et condition et in quello luocho dove parerà et piacerà alli soprastanti et mandati per lo predetto signor duca al dicto cavamento, che saranno Ludovico de Trotti, al presente podestà del Finale, et Nicolò de Carnioli dicto da l'harpa, fattore sopra le possessioni del predetto signor nostro duca, overo Guido Pasqualetto, uno delli iudici delli argini, in luocho del quale delli duoi soprannominati per legitimo impedimento non li potesse essere; et anche ultra dicto ponte, li huomini del Finale possino per loro bisogno far fare sopra dicto conducto quelli ponti, dove più li piacerà per suo uso et bisogno, facendoli a spexe d'essi huomini del Finale.

4.º Item che el sia lecito a dicti huomini del Finale, et possino ad ogni loro voglia mettere et mandare in lo dicto conducto tutta quell'acqua del canale di Panaro, per quanto terreno le confine del detto Finale, sì dal canto di sopra d'epso Finale come di sotto, per più bocche e vie et conducti et lochi che parerà et piacerà a dicti huomini del Finale, senza contradicione alcuna del predetto ms. Ioanni e suoi heredi e successori, e così ogni altra acqua di detti huomini del Finale per patto espresso.

5.º Item che el prefato ms. Ioanni sia tenuto et obligato ut supra, e così promette il dicto suo procuratore ut supra, di fare et curare con effecto che le acque delle moline di S. Ioanni, S. Agatha e di Crevalcore, et ogni altre acque che discorono et descendono al presente, et discorreranno et descenderanno per lo advenire in le dette valle et conducto, discoreranno et intreranno alli tempi delli secchi et delle acque basse per quello conducto in lo dicto fiume di Panaro del predetto signor duca al beneficio del navigare dicto fiume et del macinare d'epsi huomini del Finale.

6.º Item che el predetto ms. Ioanni sia tenuto et obligato di fare et curare cum effecto, et così promette dicto suo procuratore ut supra, che mai per lo advenire l'acqua di Reno del Bolognese non intrerà, nè sarà messa nè mandata per modo alcuno in le dicte valli et conducto; e quando mai se ge entrassero et li fussero messe et mandate, che el sia lecito e possi il predetto signor duca fare atterrare et asserare lo dicto conducto dove e come piacerà a sua Signoria sopra lo dominio di quella.

7.º Item che el predetto ms. Ioanni sia tenuto et obligato di fare et curare cum effecto, et così promette dicto suo procuratore ut supra, che mai l'acqua della Samozza, et altre acque di rapina inconsuete non entreranno, nè saranno messe nè mandate per modo alcuno in dicte valli et conducto; e se per alcuno caso inopinato per fractura d'argeni, et per altro modo entrassero le dicte acque in dicte valli et conducto, che in tal caso sia lecito al prefato signor <duca> et alli dicti huomini del Finale di poter asserare lo dicto conducto dove et come più li parerà et piacerà sopra lo tenir dello dicto Finale et dominio d'epso signor duca, e tale serratura habia luocho et duri in sino a tanto che le dette fracture d'epsi argeni siano ben e sufficientemente serrate et prese, et proviste, che dicte acque non intrino in dette valli et conducto, et serrate sino è provisto ut supra, debbiano detti huomini del Finale aprir dicto conducto e lassare discorere l'acqua per lo dicto conducto come di prima, et questo tante volte quante accaderanno dicti casi inopinati.

8.º Item che el predetto ms. Ioanni sia tenuto et obligato et così promette dicto procuratore ut supra, di fare et curare cum effecto, che per alcun tempo non serrà tenuto per alcuna persona in lo dicto conducto, et maxime da la Foschaia in zoso verso il Finale per quanto si extenderano li confini del Bolognese, nave alcuna di alcuna sorte senza licenza del prefato signore duca et de suoi ufficiali.

9.º Item che el sia tenuto et obligato lo <prefato> ms. Giovanni, et così promette dicto procuratore ut supra, di non sbocare in epso, nè lassare in fare sbocare e aprire lo dicto conducto dal canto di sopra verso la Foschaia, nè mandare, nè lassare mandare acque

alcune in epso conducto, se prima non sarrà finito dicto conducto et ponte in tutto et per tutto, come di sopra, per quanto si extenderà sopra dello dominio del prefato signor duca.

X.<sup>mo</sup> Item che el prefato ms. Ioanni sia tenuto et obligato, e così promette per suo nome dicto suo procuratore, aprobare et ratificare el presente contracto per publico instrumento con le debite clausule, et similiter sia tenuto et obligato di fare et curare cum effecto che lo mag.co Regimento di Bologna approvarà et rattificarà epso presente contracto, et ciò che espò se contiene, et maxime et præcipue per quella parte che concernono o possono concernere aliquo modo lo interesse particolare o generale del prefato mag.co Regimento, et della mag.ca Communità di Bologna, e del suo dominio, et che questa approbatione se faranno et seranno mandate in autentica forma al predetto signor duca, inanci che si cominci a fare dicto cavamento.

Et infrascriptę dicte partes agentes ut supra, <renuntiaverunt> exceptioni non factę præsentis concessionis ut supra, et suprascriptorum pactorum et conventionum et promissionum, sic ut supra non factarum, exceptionique doli mali, et rei non sic gestę, et quod metus causa, vel ex aliqua iniusta aut simulata causa, omnique alii exceptioni, suo iuri ac beneficio ac legum auxilio sibi competenti vel competituro.

Quam quidem concessionem, et omnia et singula, ut supra, conventa atque promissa, prædictę partes agentes, ut supra, et nominibus quibus prædictum est, obligando se et omnia sua bona et dicti magnifici domini Ioannis bona præsentia et futura pro se et suos heredes ac successores, solemniter promiserunt sibi invicem et vicissim stipulantes et recipientes nominibus quibus supra, perpetuo firmam, ratham et gratam, ac firma, ratha et grata habere, tenere, attendere, observare, et adimplere singula singulis debite et congrue referendo, ac in aliquo non contrafacere nec contravenire per se vel alium modo aliquo, ratione vel causa, de iure vel facto, aut quod dici vel excogitari possit.

Sub pęna ducatorum mille auri boni et iusti ponderis, petenda <toties> et applicanda parti attendenti et observanti, quoties per alteram partem contrafactum aut contraventum fuerit, et nihilominus ea poena soluta vel non, in prædicta omnia et singula perpetuo firma perdurent. Ac insuper sibi invicem et vicissim nominibus quibus supra promiserunt refficere omnia et singula damna, sumptibus, expensas et interesse, quae, quod et quas altera pars occasione alteri, et e converso altera occasione alteri fecerit, habuerit et substinuerit in iudicio aut extra, pro prædictis omnibus et singulis sibi invicem attendentes et observantes, credendo se invicem de ipsis damnis, interesse et expensis pro nudo et simplici verbo sine <onere> sui sacramenti vel alia testium et iuris probatione.

Ego Leonellus filius quondam egregi viri ser Thomę de Receptis olim notarii et curie Ferrariensis imperiali auctoritate notarius publicus Ferrariensis, suprascripta omnia et singula in presenti instrumento contenta prout in schedis et rogationibus infrascripti spectabilis et integerimi viri Siverii de Siveriis notarii publici Ferrariensis nec non predicti ill.mi domini nostri ducis secretarii, inveni de eius voluntate et i... fideliter transcripsi et exemplavi, quod fuerit posit. vigore provisionis communis Ferrarie super hoc disponentis et in suprascriptorum fidem me subscripsi signumque meum tabellionatus a capite mei nominis affixi consuetum.

Ego Siverius filius quondam egregii viri Nannis de Siveriis imperiali auctoritate notarius publicus Ferrariensis et ill.mi domini nostri ducis prælibati secretarius, prædictis omnibus et singulis præsens fui, eaque rogatus scribere scripsi in schedis et rogationibus meis publicis et authenticis, predictaque omnia in solidum scribi et exemplari feci per suprascriptum virum egregium Leonellum Receptum notarium publicum Ferrariensem iuxta formam provisionis Communis Ferrarię super hoc disponentis, et in fidem

premissorum hic me subscripsi, signumque meum tabellionatus consuetum in capite mei nominis apposui.

(seguono le autentiche dei tre presidenti e conservatori dell'Archivio pubblico di Bologna il 27 marzo 1671, oltre che del segretario del Collegio dei Notai bolognesi il 28 marzo 1671).